emunt, *scismatici* et *sacrilegi* sunt, *qui bona ecclesie ab ecclesia dividunt et, quod alienum est, in* sui *usus iura convertunt. Quodsi ecclesiam* comparant, *quod omnino* verum est, symoniace heresis reos se esse comprobant. *Sic enim unum pendet ex altero, ut qui terrena ecclesie bona* recipit, ecclesie officium gerat et, qui ecclesie officium facit, *bona ecclesie in usus egencium et cetera pietatis opera dispensanda* custodiat. *Hęc breviter sufficiant* dixisse *adversus eos, qui sine manus inpositione venaliter ecclesiam adquisisse* vel a laicis potestatibus accepisse *non esse symoniacum dogmatizant. Qui nimirum si simpliciter* dicerent, *stulti vel hebetes merito dicerentur. Sed quoniam nonnulli talium* pervicaciter *id astruunt, non immerito, quod inviti dicimus, hereticorum nomen incurrunt. Non enim error hereticum, sed pervicax obstinatio facit. Nec omnes heretici dicendi sunt, qui opinantur errorem, sed qui pertinaciter et audacter predicant falsitatem.*

---

13 et] atque *Ar.* **15** unum *fehlt Ge.* **16** recipit] suscipit *Ar.* **17** egencium] gentium *Ge; korr. aus* egenorum *Wo;* egentium *korr. aus* gentium *Ar;* egenorum *Sdr.* **18** Hęc] Hoc *Wo.* sufficiant] sufficiat *(-*t *über der Zeile nachgetragen) Wo.* **19** a *fehlt Ge.* accepisse] adquisisse *Ge.* **20** dicerent *korr. aus* discerent *Ge.* **21** ebetes *Ge.* id *fehlt Sdr.* **23** obstinatio] abstinatio *Ge; korr. aus* ostinatio *Wo.*

---

13 emunt] suscepisti *Dam. (der Simonietraktat formuliert die Vorlage von der in der zweiten Person Singular gehaltenen direkten Anrede in die dritte Person Plural um).* scismatici et sacrilegi sunt] scismaticus es atque sacrilegus *Dam.* dividunt] dividis *Dam.* **14** *Nach* alienum est *folgt* violenter *Dam. (*violenter *fehlt in Hereford 0.2.VII und Oxford Laud. misc. 123).* sui] tui *Dam.* convertunt] convertis *Dam.* comparant] suscepisti *Dam.* **15** verum est] negare non potes *Dam.* symoniace – comprobant] procul dubio factus es symoniacus *Dam; die bei Damiani folgenden anderthalb Sätze sind im Simonietraktat ausgelassen.* **16** recipit] suscipit *Dam.* ecclesie[2] – facit] ad graciam consecracionis aspiret, et qui consecratione perficitur *Dam.* **18** custodiat] conservet *Dam.* Hęc] Hec me *Dam.* sufficiant – eos] adversus eos dictasse sufficiat *Dam.* **19** vel – accepisse *fehlt Dam.* **20** simpliciter dicerent] hoc simpliciter, prout sibi videretur, exprimerent *Dam.* **21** pervicaciter id] id procaciter *Dam.* *Nach* astruunt *folgt* et quibusdam cavillacionum argumentorumque versuciis pervicaciter allegare contendunt *Dam.*